

Universitätsbibliothek Wuppertal

Orationvm Marci Tvl. Ciceronis

Accesserunt breues animaduersiones ex doctissimorum hominum
commentariis, quibus ita loci permulti explicantur, vt vulgo receptæ
lectionis vbique ratio habeatur

Cicero, Marcus Tullius

Lvgdvni, 1586

C. Crispi Sallustii, ut vulgo creditur, in M. T. Ciceronem invectiva

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-343](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-343)

diuinam uirtutem: utq; quæ præmia senatus militibus ante constituit, ea soluantur eorum, qui hoc bello pro patria occiderunt, parentibus, liberis, coniugibus, fratribus: iisque tribuantur, quæ militibus ipsis tribui oporteret, si illi uixissent, qui morte uicerunt.



P. 270.

C. CRISPI SALLV-

STII, VT VVLGO CREDI-

TVR, IN M. T. CICE-

ronem inuectiua.



CRAVITER, & iniquo animo maledicta tua paterer, M. Tulli, si te scirem iudicio magis, quam morbo animi petulantia ista uti. sed, cum in te neq; modum, neq; modestiam ullam animaduerto, respondebo tibi: ut, si quam uoluptatem male dicendo cepisti, eam male audiendo amittas. Vbi querar? quos implorem? P. C. diripi remp. atq; audacissimo cuiq; esse perfidia locum? apud populum Rom. qui ita largitionibus corruptus est, ut sese, ac fortunas suas uenales habeat? an apud nos, patres conscripti? quorum auctoritas turpissimo cuiq;, & sceleratissimo ludibrio est: ubi M. Tullius leges, iudicia populi Ro. defendit, atq; in hoc ordine ita moderatur, quasi unus reliquus ex familia uiri clarissimi Scipionis Africani, ac nõ repetitius, accius, & paullo ante insitus

inſitus huic urbi ciuis. An uero, M. Tulli, facta, ac dicta tua
 obſcura ſum? an non ita a pueritia uixiſti, ut nihil ſlagitio-
 ſum corpori tuo putares, quod alteri collibuiffet? An ſcili-
 cet iſtam immoderatam eloquentiam apud M. Piſonē non
 pudicitie iactura perdidiffi? Itaq; minime mirandum eſt, ſi
 eam ſlagitioſe uendit as, quam turpiſſime paraſti. Verum
 opinor ſplendor domeſticus tibi animos tollit. uxor ſacri-
 lega, ac periurijs delibuta: filia matris pellex, tibi iucun-
 dior, atq; obſequentior, quam parenti par eſt. domū ipſam
 tuam ui, & rapinis funeſtam tibi, ac tuis comparaſti: ui-
 delicet, ut nos commonefacias, quam conuerſa ſit reſpub.
 cum in ea domo habitares, homo ſlagitioſiſſime, quæ P.
 Crassi niri cōſularis fuit. Atque, cum hæc ita ſint, tamen ſe P. B.
 Cicero dicit in conſilio deorum immortalium fuiſſe: inde
 miſſum huic urbi ciuibusque cuſtodem abſq; carnificis no-
 mine, qui ciuitatis incōmodum in gloriam ſuā ponit. quaſi
 uero non illius coniuurationis cauſa fuerit cōſulatus tuus,
 & iccirco reſp. diſiecta eo tempore, quod te cuſtodem ha-
 bebat. Sed, ut opinor, illa te magis extollunt, quæ poſt cō-
 ſulatum cum Terentia uxore de repu. cōſuluiſti, cum legis
 Plancie iudicia domi faciebatis, ex cōiuratis alios mor-
 te, alios pecunia condemnabas, cum tibi alius Tuſculanū,
 alius Pompeianam uillam edificabat, alius domum eme-
 bat: qui uero nihil poterat, is erat calumnie proximus: is
 aut domum tuam oppugnatum uenerat, aut inſidias ſena-
 tu fecerat: denique de eo tibi compertum erat. Quæ ſi tibi
 falſa obijcio, redde rationem, quantum patrimoniꝝ accepe-
 ris, quid tibi litibus accreuit, qua ex pecunia domum pa-
 raueris, Tuſculanum, & Pompeianum infinito ſumptu
 edificaueris: aut, ſi retices, cui poteſt eſſe dubium, quin opu-
 lentiā iſtam ex ſanguine, & miſerijs ciuiū paraueris? Ve-

rum, ut opinor. homo nouus Arpinas, ex M. Crassi familia eius uirutem imitatur, contemnit similitudinem boni nobilium, rempublicam curam habet, neque terrore, neque gratia commouetur. Illud uero amicitia tantum, hoc uirtutis est animi? immo uero homo leuissimus supplex inimicis, amicis contumeliosus, modo harum, modo illarum partium, nemini fidus, leuissimus senator, mercenarius patronus, cuius nulla pars corporis a turpitudine uacat, lingua uana, manus rapacissima, gula immensa, pedes fugaces, quae honeste nominari non possunt in honestissima.

P. 271. Atque is, cum eiusmodi sit tamen audet dicere, O fortunata nata, me consule, Romam. Te consule fortunata Cicero? immo uero infelicem, & miseram, quae crudelissimam proscriptionem ciuium perpeffa est, cum tu, turbata reip. metu percussos omnes bonos parere crudelitati tuae cogebas: cum omnia iudicia, omnes leges in tua libidine erant: cum tu, sublata lege Porcia, erepta libertate, nostrum omnium uitae, necisque potestatem ad te unum reuocaueras. Atque paruum est, quod impune fecisti: uerum etiam commemorando exprobras: neque licet obliuisci seruitutis suae. Egeris, oro te, Cicero, perfereris quod libet: satis est perpeffos esse: etiamne aures nostras onerabis tuo odio? etiamne molestissimis uerbis insectabere? CEDANT ARMA TOGAE: CONCEDAT LAVREA LINGVAE. quasi uero togatus, & non armatus ea, quae gloriaris, confeceris atque inter te, Sullamque dictatorem praeter nomen imperij quicquam interfuerit. Sed quid ego plura de tua insolentia commemorarem? quem Minerva omnes artes edocuit, Iupiter optimus maximus in consilium deorum admisit, Italia ex sullem humeris suis reportauit. Oro te, Romule Arpinas, qui egregia tua uirtute omnes Paullos, Scipiones, Fabios

supra

superasti, quem tandem locum in hac ciuitate obtines? quæ tibi partes reipublicæ placent? quem amicum, quem inimicum habes? cui insidias in ciuitate fecisti, ancillarise? quo in re, cum de exsilio tuo Dyrrbachio rediisti, eum sequeris? quos tyrannos appellabas, eorum nunc potentiæ faues? qui tibi ante optimates uidebantur, eosdem nunc dermentes, ac furiosos uocas? Vatiniij causam agis? de Sextio male existimas? Bibulum petulantissimis uerbis lædis? laudas Cæsarem? quæ maxime odisti, ei maxime obsequeris? aliud stans, aliud sedens de repub. sentis? his maledicis, illos odisti, leuissime transfuga, neq; in hac, neq; in illa parte fidē habēs.



IN C. CRISPVM

P. E.

SALLVSTIVM CICERONI

FALSO ASCRIPTA

responſio.



A demum magna uoluptas est, Crispe Saluſti, æqualem, ac parem uerbis uitã agere: neq; quicquam tam obſcœnum dicere, cui non ab initio pueritiæ omni genere facinoritas tua respondeat, ut omnis oratio moribus cõsonet. neq; enim, qui ita uiuit, ut tu, aliter, ac tu loqui potest, neq; qui tam illoto sermone utitur, uita honestior est. Quo me uertam, patres conscripti? unde initium sumam? maius enim mihi dicendi onus imponitur, quo notior est uterque nostrum: quod aut si de mea uita, atq; actibus huic conuiciatori respondero, inuidia gloriam consequatur: aut si huius